UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die Schrift

Degering, Hermann

Berlin, 1929

70 Gregorius magnus: Moralia de Job. Aus Weißenau. 12. Jahrh. Berlin, Ms. lat. qrt. 761, Bd. 1, Bl. 29r.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68942

Visual Library

enter currit. qui prius quam ad metas ueniat, deficit.
Hinc est quod de reprobis ueritas dicit. ue his qui perdiderunt
sustinentiam. Hinc electis suis ueritas dicit. Vos estis qui
permansistis mecum in temptationibus meis. Hinc ioseph qui
inter fratres usque ad finem iustus perseuerasse describitur:
solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Nam quid est ta
laris tunica. nisi actio consummata. Quasi enim proten
sa tunica talum corporis operit. cum bona actio ante dei
oculos usque ad uite nos terminum tegit. Hinc est quod per
moysen cauda hostie in altari offerri precipitur. ut uideli
cet omne bonum quod incipimus, etiam perseuerantie fine con
pleamus. Bene ergo cepta cunctis diebus agenda sunt. ut cum
malum pugnando repellitur, ipsa boni uictoria constan
tie manu teneatur. Hec itaque sub intellectu triplici
discussimus. ut fastidienti anime uaria alimenta proponen
tes, aliquid quod eligendo sumat offeramus. Hoc tamen
magnopere petimus. ut qui ad spiritalem intelligentiam
uel ueritate
mentem subleuat. a ueneratione
historie non recedat. Explicit lib. I.
S CRIP Incipit secundus.
tura sacra mentis oculis quasi quod-
dam speculum opponitur. ut interna nostra fa
cies in ipsa uideatur. Ibi etenim feda. ibi
pulchra nostra cognoscimus. ibi sentimus
quantum proficimus. ibi a profectu quam longe distamus. Nar
rat autem gesta fortium uirorum, et ad imitationem corda pro
uocat infirmorum. dumque illorum uictricia facta commemorat.
contra uitiorum prelia debilia nostra confirmat. fitque uer
bis illius ut … co minus mens inter certamina tre-
pidet. quo ante … se positos tot uirorum fortium
triumphos uidet. Non … numquam uero non solum nobis con

Quia bene cepta cunctis diebus uite sunt agenda.